



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Disputatæ Dicuntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum præscientia meritorum sit causa prædestinationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

QVAES. VI. DE PRÆDESTINATIONE, ART. II.

ARTICVLVS III.

Vivum præsentia meritorum causa sit prædestinationis.

1. p. q. 23. ar. 11. f.

In Paoli ad Rom 9. to. 5.

Li. 2. ortho. fidei. c. 29. in fine.

Homil. 3. in numeros inter primas. & mcd. tom. 1.

SECUNDO queritur, utrum præsentia meritorum sit causa vel ratio prædestinationis, & vñ quod sic: quia Rom. 9. super illud, Miserebor &c. dicit glo. Ambr. misericordiã illi præparabo, quem scio post errorem toto corde reuersurum ad me: hoc est dare illi cui dandum & non dare illi cui non dandum est, vt eum vocet quem sciat obedire: illum vero non, quem sciat non obedire: sed obedire, & toto corde conuerti ad Deum ad meritum pertinet: cõtraria vero ad demeritum. ergo præsentia meriti vel demeriti est causa vel ratio, quare Deus proponat alij misericordiam facere, & alium a misericordia excludere, quod est prædestinare vel reprobare.

¶ 2 Præt. Prædestinatio includit in se voluntatem diuinam salutis humanæ, nec potest dici quod includat solam voluntatem antecedentem: quia hac voluntate Deus vult omnes saluos fieri, vt dicitur 1. Timoth. 2. & sic sequeretur quod omnes essent prædestinati. Relinquitur igitur quod includit voluntatem consequentem: sed voluntas consequens, vt dicit Damasc. est ex nostra causa, scilicet in quantum nos habemus diuersimode ad merendam salutem vel damnationem. ergo merita nostra præscita a Deo sunt causa prædestinationis.

¶ 3 Præt. Prædestinatio principaliter dicitur propositum diuinum de salute humana: sed salutis humanæ causa est humanum meritum, scientia etiam est causa & ratio voluntatis, quia appetibile scitum voluntatem mouet. ergo præsentia meritorum causa est prædestinationis, cum duorum quæ præscientia continet sint causa illorum duorum, quæ in prædestinatione continentur.

¶ 4 Præt. Reprobatio & prædestinatio significant diuinã essentia, & connotant effectum in creatura: in essentia autẽ diuina nõ est aliqua diuersitas. ergo tota diuersitas prædestinationis & reprobationis ex effectibus procedit, effectus autem sic considerati sunt ex parte nostra. ergo ex parte nostra est, quod prædestinati & reprobati abinuicem segregentur, quod per prædestinationem fit, ergo idem quod prius.

¶ 5 Præt. Sicut sol quantum est de se uniuersaliter se habet ad omnia corpora illuminabilia, quãuis non omnia possint lumen eius æqualiter percipere, ita Deus æqualiter se habet, quãuis non omnia æqualiter se habeant ad participandum bonitatem ipsius, ut a sanctis & prophetis communiter dicitur: sed propter similem habitudinem solis ad omnia alia corpora sol non est causa huius diuersitatis, quod aliquid sit tenebrosum & aliquid luminosum: sed diuersa dispositio corporum ad recipiendum lumen ipsius, ergo & similiter causa huius diuersitatis quod aliqui saluãtur, quidam autem damnantur, aut quod quidam prædestinantur, & quidam reprobantur, non est ex parte Dei, sed nostra, & sic idem quod prius.

¶ 6 Præt. Bonum est communicatum sui ipsius, ergo summi boni est summe se communicare, secundum quod unumquodque est capax. si ergo alicui non se communicat, hoc est, quia non est capax eius: sed aliquis est capax, vel non capax salutis ad quam prædestinatio ordinat propter qualitatem meritorum. ergo merita præscita causa sunt, quare aliqui prædestinantur, & aliqui non.

¶ 7 Præt. Ibi Num. 3. Ego tuli leuitas &c. dicit glo. Origenis, Iacob natu posterior primogenitus iu-

F dicatus est: ex proposito. n. cordis quod Deo patuit antequam in hoc mundo nascerent, aut quãquam ageret boni, vel mali, dictum est, Iacob dilexi, Esau odio habui: sed hoc pertinet ad prædestinationem Iacob, vt facti cõiter exponunt. ergo præcognitio propositi, quod habiturus erat Iacob in corde, fuit ratio prædestinationis, & sic idem, quod prius.

¶ 8 Præt. Prædestinatio nõ potest esse iniusta, cũ vniuersæ viæ domini sint misericordia, & veritas, nec potest ibi alia iustitia attendi inter Deum & hominẽ, quã distributiuã, non. n. ibi cadit communitaria iustitia. cum Deus qui bonorum nostrorum non eget, nihil a nobis recipiat: iustitia autẽ distributiuã in qualitate nõ, nisi in æqualibus dat, in æqualitas autẽ nõ potest attendi, nisi in diuersitate meritorum. ergo quod Deus aliquem prædestinat, & aliquẽ non, præscientia diuersorum meritorum procedit.

¶ 9 Præt. Prædestinatio presupponit electionem, vt prædictum est: sed electio non potest esse rationabilis, nisi aliqua ratio propter quã vnus ab altero differat: nec in electione de qua loquimur, potest aliqua ratio discretionis assignari, nisi ex meritis. ergo cum electio Dei irrationabilis esse nõ possit, ex passione meritorum procedit, & per consequens prædestinatio, ergo &c.

¶ 10 Præt. Aug. exponens illud Malach. Iacob dilexi, Esau autem odio habui, dicit quod voluntas illa Dei qua vnus elegit, & alium reprobauit, non potest esse iniusta, venit. n. ex occultissimis meritis: sed hæc occultissima merita non possunt accipi in proposito, nisi secundum, quod sunt in præscientia. ergo prædestinatio de præscientia meritorum venit.

¶ 11 Præt. Sicut se habet abusus gratiæ ad effectum reprobationis, ita bonus usus gratiæ ad effectum prædestinationis: sed abusus gratiæ in Iuda habuit reprobationis eius, secundum hoc enim reprobatus est, quod sine gratia decessit. Quod autẽ in Iacob non habuit, non fuit, quia Deus ei dare voluit: sed quia ipse accipere noluit, vt dicit Aug. & alio quoque in Diony. ergo, & bonus usus gratiæ in Petro, & alio quoque in Iacob, liber causa est, quare ipse est electus, vel prædestinatus.

¶ 12 Præt. Vnus potest alteri mereri primam gratiam, & eadem ratione videtur, quod possit ei mereri gratiæ continuationem vsque in finem: sed ad gratiam finalem sequitur esse prædestinatum. ergo prædestinatio potest ex meritis provenire.

¶ 13 Præt. Prius est scilicet Philoso. a quo non conuenitur consequentia: sed hoc modo se habet præscientia ad prædestinationem: quia omnia Deus sciuit, quæ prædestinat, mala autẽ præscit que non prædestinat. ergo præscientia est prius quam prædestinatio: sed prius in quolibet ordine est causa posterioris. ergo præscientia est causa prædestinationis.

¶ 14 Præt. Nomen prædestinationis a destinatione vel missione imponitur: sed missione vel destinatione cognitio præcedit: nullus. n. mittit, nisi quæ cognoscit. ergo & cogitatio est prior prædestinationi, & sic idem quod prius.

SED CONTRA est, quod dicitur in glossa super illud, Non ex operibus, sed ex voluntate &c. quæ sic dicit, sicut non pro meritis præcedentibus illud dictum fuisse ostendit. Iacob dilexi, &c. ita nec pro meritis futuris. & infra super illud, Nunquid iniquitas est apud Deum, dicit glossa, nemo dicat Deo, quia futura opera præuidebat, alterum elegisse, alterum reprobasse. & sic non videtur, quod præscientia meritorum sit causa prædestinationis.

¶ 2 Præt. Gratiæ est effectus prædestinationis, & prius

cipium meriti. ergo non potest esse, quod praescientia meritorum sit causa praedestinationis.

¶ 3. Praeterea. Ad Tit. i. dicit Apostolus. Non ex operibus iustitia qua fecimus nos. ergo praedestinatio salutis humanae non provenit ex praescientia meritorum.

¶ 4. Praet. Si praescientia meritorum esset causa praedestinationis, nullus esset praedestinatus, qui non esset merita habiturus: sed aliqui sunt huiusmodi, sicut patet de pueris. ergo praescientia meritorum non est causa praedestinationis.

RESPON. Dicendum, quod hoc distat inter causam & effectum, quod quicquid est causa causa oportet esse causam effectus: non tamen quicquid est causa effectus, oportet quod sit causa causa de necessitate, sicut patet quod causa prima per causam secundam producit effectum suum, & sic causa secunda causat aliquo modo effectum causa prima: cuius tamen causa, causa non est. In praedestinatione autem est duo considerare. scilicet ipsam praedestinationem aeternam & effectum eius temporalem duplicem. scilicet gratiam, & gloriam: quorum alter habet causam meritoriam, actum humanum. gloria: sed gratia causa non potest esse actus humanus per modum meriti, sed dispositio naturalis quaedam in quantum patens praeparatur ad gratiam susceptionem: sed ex hoc non sequitur quod actus nostri, siue gratia praecedant, siue sequantur, sint ipsius praedestinationis causa. Ad inveniendum autem praedestinationis causam, oportet accipere quod prius dictum est. scilicet, quod praedestinatio est quadam directio in finem, quae facit ratio a voluntate mota. unde secundum hoc potest esse aliquid praedestinationis causa, prout potest esse voluntatis motum. Circa quod sciendum est, quod aliquid movet voluntatem dupliciter, uno modo, per modum debiti, alio modo, per modum meriti. per modum debiti movet aliquid dupliciter, uno modo, absolute, & alio modo, ex suppositione alterius. Absolute quidem ipse finis ultimus, qui est voluntatis obiectum: & hoc modo voluntatem movet, ut ab ipso divertere non possit, unde nullus homo potest non velle esse beatus, ut dicit Aug. in lib. de Liber. arb. Sed ex suppositione alterius movet secundum debitum illud, sine quo finis huius non potest. Illud autem, sine quo finis huius potest, sed facit ad bene esse finis ipsius, non movet secundum debitum voluntatem: sed est libera inclinatio voluntatis in ipsum: sed tamen ex quo voluntas est libere inclinata in ipsum, inclinatur in omnia sine quibus hoc huius non potest per modum debiti: ex praesuppositione tamen illius quod primo voluit ponebatur: sicut Rex ex sua liberalitate facit aliquem militem: sed quia non potest esse miles nisi habeat equum, efficitur debitum & necessarium ex suppositione liberalitatis praedictae, quod ei det equum. Finis autem divinae voluntatis est ipsa eius bonitas, quae non dependet ab aliquo alio, unde ad hoc quod habeatur a Deo, nullo alio indiget: & ideo voluntas eius non inclinatur primo ad aliquid faciendum per modum debiti, sed liberaliter in, in quantum est bonitas eius in opere manifesta: sed ex quo supponitur quod Deus aliquid facere velit ex suppositione liberalitatis ipsius per modum debiti cuiusdam, sequitur quod faciat ea sine quibus res ipsa voluta esse non potest: sicut facere vult hominem quod det ei rationem: ubique autem occurrit aliquid sine quo aliud a Deo volitum esse possit, hoc non procedit ab eo secundum rationem alius debiti: sed secundum meram liberalitatem. perfectio autem gratiae & gloriae sunt huiusmodi bona

A quod sine eis natura esse potest, excedit enim naturalis virtutis limites. unde quod Deus velit alicui dare gratiam, & gloriam, hoc ex mera liberalitate procedit in his autem, quae ex liberalitate procedunt tamen causa volendi est ipsa superabundans affectio: vero lentis ad finem, in quo attenditur perfectio bonitatis ipsius. unde causa praedestinationis nihil est aliud quam bonitas ipsius Dei, & modo est praedictio potest solui quaedam contrarietas, quae inter quosdam verfabatur: quibusdam dicentibus. oia a Deo secundum simplicem voluntatem procedere, quibusdam vero asserentibus. oia procedere secundum debitum a Deo. Quarum opinionum utraque falsa est. Prima non tollit necessarium ordinem, qui est inter effectus divinos ad invicem. Secunda autem ponit oia procedere secundum necessitatem naturae: media autem via est eligenda, ut ponatur ea, quae sunt a Deo primo volita procedere ab ipso secundum simplicem voluntatem: ea vero, quae ad hoc requiruntur procedere secundum debitum ex suppositione tamen, quod tamen debitum non ostendit Deum esse debitorem rebus, sed suae voluntati: ad cuius expletionem debetur id, quod dicitur procedere secundum debitum ab ipso.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod debitus gratiae usus est quoddam, ad quod divina providentia gratiam collatam ordinat. unde non potest esse quod ipse reatus gratiae usus praescitus sit causa movens ad dandum gratiam. Quod ergo Amb. dicit, dabo illi gratiam, quae scio & non intelligi debet esse quod perfecta cordis conversio sit inclinans voluntatem ad dandum gratiam: sed quod data gratia ad hoc ordinat, ut aliquis accepta gratia perfecte convertatur in Deum.

AD SECUNDUM dicendum, quod praedestinatio includit voluntatem consequentem, quae respicit aliquo modo id, quod est ex parte nostra: non quidem sicut inclinans divinam voluntatem ad volendum: sed sicut id, ad cuius productionem divina voluntas gratiam ordinat, vel etiam sicut id, quod ad gratiam quodammodo disponit, & gloria meretur.

AD TERTIUM dicendum, quod scientia est movens voluntatem, sed non qualibet scientia: sed scientia finis qui est obiectum movens voluntatem, & ideo ex cognitione suae bonitatis procedit quod Deus suam bonitatem amet, & ex hoc procedit quod in alios diffundere velit, non autem propter hoc, quod meritorum scientia sit causa voluntatis secundum quod in praedestinatione includitur.

AD QUARTUM dicendum, quod quavis secundum diversitatem effectuum sumatur diversa ratio attributorum divinarum, non tamen propter hoc sequitur, quod effectus sint cause attributorum divinarum: non enim accipiuntur hoc modo rationes attributorum, secundum ea, quae in nobis sunt, sicut secundum causas: sed magis sicut secundum signa quadam causarum, & ideo non sequitur quod ea, quae ex parte nostra sunt, sint causa quare unum reprobetur, & alius praedestinetur.

AD QUINTUM dicendum, quod habitudo Dei ad res possumus dupliciter considerare. Uno modo, quantum ad primam rerum dispositionem, quae est secundum divinam sapientiam diversos gradus in rebus constituentem, & sic non eodem modo se habet Deus ad omnia. Alio modo, secundum quod iam rebus dispositis providet, & sic similiter se habet ad omnia in quantum omnibus aequaliter dat secundum suam proportionem. Ad primam autem rerum dispositionem totum hoc pertinet, quod dictum est a Deo procedere secundum simplicem voluntatem, inter quae etiam praeparatio gratiae computatur.

Quaest. dis. S. Tho. II Ad

Ad vi. dicendum, qd ad bonitatem diuinā perri-
net inquantū est infinita, vt de pfectionibus quas
vnaquaq; res sū suam naturam requirit, vnicui-
que largiatur, sū quod est eius capax, non autem
requiritur de pfectionibus superadditis inter
quas sunt gratia & gloria, & ideo rō nō sequitur.
Ad vii. dicendum, qd propositum cordis iacob
praescitum a Deo, non fuit causa quare ei dare gra-
tiam voluit: sed fuit quoddam bonū ad qd Deus
gratiam dandam ordinauit, & ideo dicitur quod
ex proposito cordis quod ei patuit, eum dilexit.
quia s. ad hoc eum dilexit, vt tale propositum cor-
dis haberet, vel quia prauidit quod propositum
cordis eius fuit ad gratiæ susceptionē dispositio.

Ad viii. dicendum, qd in illis quæ sunt secun-
dum rationem debiti inter aliquos distribuenda,
est cōtra rationem iustitiæ distributiua, si aqua-
libus inaequalia darentur: sed in his quæ ex libera-
litate donantur in nullo iustitiæ contradicit. Pos-
sum enim vni dare & alteri non dare pro mea li-
bitate voluntatis. huiusmodi autem est gratia, &
ideo non est cōtra rationem iustitiæ distributiua,
si Deus proponat se daturum gratiam alicui, & ali-
cui nō, nulla inaequalitate meritorum cōsiderata.

Ad ix. dicendum, qd electio Dei qua vni eligit
& alium reprobat, rationabilis est, nec tñ oportet
quod ratio electionis sit meritum: sed in ipsa ele-
ctione ratio est diuina bonitas. ratio autem repro-
bationis est in hominibus peccatum originale, vt
dicit Aug. vel in futuro pro hoc ipsum, quod est
non habere debitum, ad hoc quod eis gratia con-
feratur: rationabiliter autem possum velle dene-
gare aliquid alicui quod sibi non debetur.

Ad x. dicendum, qd 41. dist. primi libri, dicit Ma-
gister illam auctoritatem esse retractatam ab Aug.
in suo simili, vel si debeat sustineri, referēdū est ad
effectū reprobationis vel praedestinationis, quod
hēt aliquam causam meritoriam vel dispositiuā.

Ad xi. dicendum, qd praescientia abusus gratiæ
non fuit causa reprobationis in iuda, nisi forte ex
parte effectus, quāuis Deus nulli volenti accipere
gratiam cā deneget: sed hoc ipsum quod est velle
accipere gratiam est nobis ex praedestinatione di-
uina. vnde non potest esse causa praedestinationis.

Ad xii. dicendum, quod quamuis meritum
possit esse causa effectus praedestinationis, non ta-
men potest esse praedestinationis causa.

Ad xiii. dicendum, qd licet illud a quo non con-
teritur consequentia, sit aliquo modo prius, tñ
nō sequit, qd sit eō mō prius, quo cā prius dī, sic
enim coloratum esset causa hominis: & propter
hoc non sequitur, quod praescientia sit causa praed-
estinationis. & per hoc patet solutio ad vltimū.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum praedestinatio certitudinem habeat.

TERTIO quæritur, vtrum praedestinatio hēat
certitudinem, vel non. & videtur quod non.
Nulla enim causa cuius effectus potest variari, ha-
bet certitudinem respectu effectus sui: sed effectus
praedestinationis potest variari, quia ille qui est p-
destinatus potest non consequi effectum praedesti-
nationis, quod patet ex hoc quod Aug. dicit ex-
ponens illud quod habetur Apoc. 3. Tene quod
habes. Si inquit alius non est accepturus nisi ille
perdiderit, certus est electorum numerus. Ex quo
videtur, quod vnus potest amittere & alius acci-
pere coronam, quæ est praedestinationis effectus.

¶ 2 Præ. Sicut res naturales subduntur diuinæ
prouidentia, ita & res humana: sed illi soli effectus

naturales ex suis causis certitudinaliter procedunt
secundum ordinem diuinæ prouidentia, qui ex
suis causis necessario producantur: cum igitur ef-
fectus praedestinationis qui est salus humana, non
necessario, sed contingenter ex causis proximijs
eueniat, vt qd ordo praedestinationis nō sit certus.
¶ 3 Præ. Si aliqua causa habeat certitudinē ad al-
quē effectū, effectus ille ex necessitate provenit,
nisi aliquid possit resistere virtuti agentis, sicut dis-
positiones in corporibus inferioribus inueniunt
resistunt interdum actioni corporum celestium, vt
non producant proprios effectus quos necessario
producerent, nisi esset aliquid resistens: sed praedi-
stinationi diuinæ nihil potest resistere, Voluntas
enim eius qd resistit vt dī Ro. 9. Sicut hēt certitudi-
ordinē ad effectū suū, effectus eius necessario pro-
ducat. Sed dicebat, qd praedestinationis certitudo
ad effectū, est cū praesuppositione causæ secun-
dæ.

¶ 4 Sed contra, Omnis certitudo qd est cū suppo-
sitione alicuius, non est certitudo absoluta, sed con-
ditionalis, sicut nō est certū si sol causet fructum
planta, nisi cum hac conditione, si virtus genera-
tiua in planta fuerit bene disposita, pp hoc quod
dispositio solis ad effectum praedictum praesuppo-
nit virtutem plantæ quali causam secundam. igitur
certitudo praedestinationis sit cum praesuppo-
sitione secundæ causæ, nō est certitudo absoluta,
sed conditionalis tñ, sicut in me est certitudo qd
Soerates mouet si currit, & qd ille saluabitur, si
parabit se, & ita nō est in diuina praedestinatione
certitudo de saluandis quā in me, qd est absoluta.

¶ 5 Præ. Sob 33. dī. Conteret multos & innume-
rabiles, & stare faciet alios pro eis, quod exponit
Greg. dicit. Locum vitæ a ijs cadentibus dī. igitur
fuitur: sed locus vitæ, est ad quē praedestinatio ce-
dinat, ergo a praedestinationis effectus praedestina-
tus deficere pot, & sic nō est certa praedestinatio.

¶ 6 Præ. Secundum Ansel. Eadem est veritas p-
destinationis & propositionis de futuro: sed pro-
positio de futuro nō habet certam & determinatam
veritatem, sed variari potest, vt patet p. Paul.
in lib. Peribet. & in 2. de Generati. vbi dicit, quod
futurus quis incedere, non incedet, ergo nec veritas
praedestinationis certitudinem habet.

¶ 7 Præ. Aliquis praedestinatus quandoq; est in
peccato mortali, sicut patet de Paulo, qn ecclesia
persequatur: potuit autē in peccato mortali peccare
seuereare vsq; ad mortem, vel statim tñ interire
quorum vtrolibet positio praedestinatio effectum
suum non consequeretur. ergo possibile est praedi-
nationem non consequi effectum suum, & sic
dicendum, quod cum dicitur qd praedestinatus in
peccato mortali potest mori, si accipiatur in
dicendum, quod cum dicitur qd praedestinatus in
peccato mortali potest mori, si accipiatur prout
composita, & falsa si autem accipiatur prout con-
sideratur sine tali forma, sic est diuisa & vera.

¶ 8 Sed contra, In tormis illis quæ nō possunt
moueri a subiecto, non differt virtū aliquid a subiecto
subiecto sub forma considerato, vel sine forma
vtriusq; n. modo hęc est falsa, coruus niger potest
esse albus: sed praedestinatio est talis forma, qd nō
potest a subiecto vel praedestinatio remoueri, ergo
praedicta distinctio in proposito locū non habet.

¶ 9 Præ. Si aternū cōiungat t. p. cōtingentia
erit t. p. & cōtingens: sicut patet de creatura
est t. p. alis, quāuis claudat in sua rōne essentia
aeterna & est cū t. p. alis & similiter millio, quæ
portat effectū t. p. alis: sed praedestinatio quæ
importat aliquid aeternū, tñ cum hoc etiam
portat

Enchiri. ca.
108. tom. 3.

Magist. li. 1.
Sent. Epil.
41.

In li. de cor-
rectione &
gratia. c. 13.
tom. 7.